Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

supradicti Domini Friderici inclyti Ducis Austrie.

n. 21. Anno MCCCCXXVI in die sancte Juliane obijt Wolfgangus similiter filius iam dicti Domini Friderici, qui una cum sorore sua Margareta supradicta hic sunt sepulti.

n. 22. Anno MCCCCXXVII feria VI ante festum Mathie Apostoli obijt Hetwigis similiter filia iam dicti Domini Friderici, que una cum supradictis filijs hic sepulta est.

/ (forte legendum MCCCCXII) Anno Domini MCCCCXXXII / Obijt Domina Margareta Ducissa de Stettin prima Conthoralis Illustrissimi Principis Ducis Ernesti Archiducis Austrie. ~~Esset hic adquiescere subest, vel in numero anni, vel in nomine Ducisse, vel in voce prima~~.

Anno Domini MCCCCXXIX in die sancti Michaelis obijt Domina Zimburgis Ducissa de Masowia secunda Conthoralis prefati Domini Ernesti Archiducis Austrie.

n. 23. Anno Domini MCCCCXXXII in die sancti Laurentii Martyris obijt Ernestus filius supradicti Ducis Ernesti.

Eodem anno in crastino sancti Laurentii obijt nobilissima et gratiosissima Domina Domina Anna de Brunschweig secunda Conthoralis Domini Friderici seniori Ducis Austrie, que hic nobiscum in nouo sepulchro honorifice est sepulta.

n. 24. Anno Domini MCCCCXXXIX in natiuitate sancti Johannis Baptiste obijt nobilissimus Princeps Dominus Fridericus senior omnium prescriptorum Ducum Austrie et specialissimus Benefactor nostri Monasterij, Vir spectabilis ac preclarus hic sepultus in Choro, deinde in nouo sepulchro abijs edificato.

Anno Domini MCCCCXXXIX in Vigilia sanctorum Simonis et Jude Apostolorum que fuit XXVII Octobris obijt Jnuictissimus Princeps, Dominus Albertus Romanorum Rex semper Augustus, ac Vngarie et Bohemie Rex nec non et Dux Austrie, qui in prefatis Regnis successit Gloriosissimo Principi Domino Sigismundo Romanorum Jmperatori, ac Vngarie et Bohemie Regi, per Dominam Elizabeth filiam Domini dicti Sigismundi, Conthoralem prefati Regis Alberti, qui Dominus Sigismundus obijt anno Domini MCCCCXXXVII nona die Decembris.

n. 25. Anno Domini MCCCCLVII Jn die sancti Clementis Pape et Martyris in Praga obijt Serenissimus Rex Ladislaus Bohemie et Vngarie Rex, nec non Austrie etc. Dux predicti Jnuictissimi Domini, dum vixit, Alberti Romanorum, necnon Bohemie et Vngarie etc. Regis Austrieque Ducis filius, iuxta versum,

Sceptra Ladislai Clemens In sancte rotabas.

Anno Domini MCCCCLXXIII in Aduentu Domini